

D. Covar. infert in presenti, ut ex omnibus delictis, pro quibus Clerici degradari, ac Curia seculari tradi permittitur, possit ab Ecclesia per Ecclesiasticum judicem extrahi; nam degradatio actualis, & traditio prefata non fit, nisi propter enormissima scelera quae indignum reum immunitate efficiunt; quam doctrinam sequuntur Suar. num. 8. Bobadill. num. 59. Guazzin. num. 51. Farinac. dict. quest. 28. a num. 7. Guttier. num. 2. & alii sup. laudati. An autem hoc omnino certum sit, ita ut regula constitui possit, quoties Clericus Curiae seculari tradendus sit, toties evelli ab Ecclesia per Judicem Ecclesiasticum queat, oportet indagare, quoniam de ea dubitat Suar. ubi proxime. Ad quod sciendum est, ob quae facinora ad actualem degradationem, ac traditionem deveniatur; quo cognito, apparebit num casus aliquis detur, in quo extrahi Clericus prohibeatur, quamquam degradatione sit dignus.

195 Primum crimen, propter quod Clericus traditur degradatus Curiae seculari est assassinium, c. 1. de homicid. in 6. Farinac. in prax. quest. 8. num. 82. cum aliis Delbene de immunitat. Ecclesiast. tom. 1. cap. 6. dubit. 7. sect. 2. a princip. Barbof. in collect. ad cap. cum non ab homine, num. 11. de judic. Vivian. in praxi juris patr. decis. 107. n. 8. Hic casus, & ante constitutionem Gregorianam, ex communi opinione, & in ipsa expressim exceptus est. Vide supra, numero 28. 137.

Secundum est haereticus cap. ad abolendam 9. de haeretic. Delbene num. 32. 33. Barbof. ibidem, Bobadill. in politic. dict. lib. 2. cap. 18. num. 75. Vivian. sup. Hoc crimen excipitur in dict. Bulla Gregoriana, vide supra, num. 137.

Tertium est crimen falsi circa literas Apostolicas, cap. falsariorum 7. de crim. n. falsi. notant Delbene num. 34. & alii ubi proxime, quod nec in dict. Bulla exceptum est, nec a DD. excipitur quoad immunitatem.

Quartum est conspiratio adversus proprium Episcopum, cap. si quis Sacerdotum 11. quest. 1. Delbene num. 35. Barbof. dict. num. 11. Bobadill. supra, Vivian. dict. num. 8. & similiter in Bulla exceptum non reperitur, nisi reducat ad clausulam de proclitote occidente. Verum tamen est, quod occidens Clericum immunitate non gaudet, ut resolunt Farinac. dict. quest. 28. num. 28. Guazzin. cap. 38. num. 2. Gigas de crimin. les. Majestat. lib. 1. rubric. qualiter, & a quib. quest. 10. num. 16. Decian. cap. 28. num. 11. & alii apud Delbene tom. 2. cap. 16. dubit. 24. sect. 2. ubi contrarium cum aliis sustinet etiam in occidente Episcopum, & idem in Eminentissim. Cardinal. docent aliqui non improbabiler, de quo ipse dub. 23. sect. 1. a n. 38.

196 Quintum delictum est crimen nefandum sodomiae, ex constitutione Pii V. Barbof. supra, Bobadill. dict. num. 75. Cevall. de cognit. per viam violent. part. 2. quest. 43. num. 3. Navarr. in manual. cap. 27. num. 249. Delbene ubi proxime, sect. 7. num. 3. Vivian. sup. Sed neque hic casus excipitur in Bulla, communiter tamen sodomitam immunitate privandum placet, ut sentiunt Curtell. sup. lib. 1. question. 2. Bobadill. cap. 14. num. 20. Correa in cap. inter alia, de immunitat. Ecclesiast. p. 3. quest. 17. num. 40. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 86. pag. 254. colum. 1. in fin. Phae. Lustran. decis. 81. num. 7. tom. 1. Cur. Philipp. dict. §. 12. num. 29. Mar. Ital. dict. cap. 5. §. 3. Avend. de exequend. mandat. part. 1. cap. 229. Rodrig. question. Regular. tom. 2. q. 5. artic. 4. & idem de Clerico sic delinquentem docuit expressim cum aliis Bobadill. num. 21. Adversus quos, immunitate sodomias gaudere defendit Delbene ubi pro-

xime, a numero 1. Giurba cons. 100. num. 4. Bonacin. dict. §. 5. num. 14. Farinac. de immunitat. cap. 6. num. 98. Sanch. dict. cap. 1. dub. 10. Lezan. sup. num. 16. Navar. dict. tit. de immunit. Ecclesiast. Palao sup. dict. disp. unic. punct. 10. num. 6. Diana part. 4. tract. 1. resolut. 45. Elifex. Danza in pugna DD. tom. 1. tit. de immunitat. Ecclesiast. c. 4. n. 10. ubi de Clerico, Delbene num. 6.

Sextum est, cum Clericus non Presbyter Missam celebrat; nam propter hoc seculari Judici tradendus, cavetur a Clement. VIII. Barbof. in collect. ad c. cum non ab homine, n. u. de judic. Vivian. sup. De quo nihil statutum est quoad immunitatis privationem, nisi tale perpetrans de errore contra fidem arguatur.

Septimum est, falsam moneram cudere, vel legitimam tondere, quod constituit Urbanus VIII. in Bulla, quae incipit: In suprema, edita die 13. Novembri. anno 1627. Barbof. sup. Hic casus exceptus in Bulla Gregoriana non est, tamen si eos immunitate indignos esse, qui flagitium istud patravenerint, sentiat Sarp. de jur. Afflor. cap. 5. fol. 52. contra quem omnes communiter tenent, Guttier. late agens, qui testatur, ita in Vallejoletana Cancellaria decisum, practicar. lib. 3. quest. 4. per tot. Delbene dict. dubit. 24. sect. 18. Bobadill. dict. cap. 14. num. 43. Farinac. dict. cap. 6. num. 91. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 19. Mar. Italia dict. cap. 5. §. 1. num. 15. Bonacin. in sum. tom. 3. de excommunicat. extra Bull. dispuc. 2. quest. 3. punct. 16. §. 11. n. 6. Cur. Philipp. num. 28. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 3. num. 28. Barbof. de jur. univerf. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 12. qui testatur, quod cum Neapoli monetarii quidam in Ecclesiam se recepissent, Prorex exoravit Paulum V. ut praeciperet, eos curiae seculari consignari, atque ita Pontifex Nuncio Apostolico imperavit die 19. Julii 1619. ut confilio summarie, & ex processu laicorum, quod ipsi essent monetarii, quod Prorex supplicaverat, fieret.

Tandem Clericus immittens se quibuscunque enormibus delictis, in eisque incorrigibilis persistens, est Curiae seculari, ut puniatur, post degradationem mittendus: cap. cum non ab homine, de judic. ubi Barbof. in collect. n. n. Delbene supra, dict. cap. 6. dubit. 5. sect. 2. num. 36. cum seqq. Vivian. dict. num. 8. De quo consulas Delbene, & Barbof. apud quos quae censentur delicta enormia? Quae monitiones praecedere degradationem debeant? Et an Judex secularis possit contra incorrigibilem non degradatum procedere. Hic etiam casus exceptus non est, nam reiteratio delicti non privat reum immunitate.

Ex his colligere licet, num certum sit, quod D. 199 Covarr. pro regula tradit? cujus pace dicendum est, quod si Judex Ecclesiasticus sequutus opinionem, de qua supra, num. 192. extrahat Clericum ab Ecclesia pro crimine falsae monetae, vel alio, propter quod laicus immunitate non privaretur, non debet, nec potest reum Curiae seculari tradere; sed mitius puniendus erit, ut recte docent Suar. ubi proxime, Gonni dict. fallent. 21. numero 1. in fin. post Bernard. Diaz, quem D. Covarr. refert. Absurdum enim esset, deterioris conditionis esse Clericum, quam laicum, cum uterque per secularem potestatem poena ordinaria delicti veniret puniendus; & hoc casu cessat praecipua ratio, propter quam Ecclesiastici immunitate non gaudent: nempe quia per Judices Ecclesiasticos leviter, & ad correctionem potius, quam ad vindictam coerceri solent, ut videre est apud Delbene, & alios laudatos sup. a. num. 192.

Illud obiter notandum est ex Sanch. dict. cap. 1. 200 dub. 9. quod si quis Clericus, vel laicus mandet, vel consulat,

consulat, ut delictum exceptum fiat, non est immunitate privandus tanquam perpetrator talis criminis; de quo vide quae diximus supra, n. 181.

Ad Num. 17.

201 Dum reus in Ecclesia existens jure extrahi non potest, non est per secularem Judicem vinculis alligandus, aut aliquo modo vincendus, vel vexandus, Suar. dict. lib. 3. cap. 12. num. 2. Delbene dict. cap. 16. dubit. 27. ubi late Farinac. dict. quest. 28. numero 9. & de Immunitat. capit. 19. num. 297. Bonacin. §. 3. num. 5. Tusch. lit. E. conclus. 10. numero 12. 16. Sanch. dub. 13. n. 1. Mar. Italia dict. lib. 1. cap. 6. §. 2. numero 51. Guazzin. dict. defens. 1. capit. 32. numero 2. Decian. lib. 6. cap. 27. num. 6. Paz numero 177. Bobadill. n. 98. Gonni dict. tract. de Immunit. quest. 6. Quod est omnino certum, quando reus immunitate debet gaudere: sed si dubium sit, vincula ab utroque Judice, tam Ecclesiastico, quam seculari injici reo possunt, custodisque circa Ecclesiam apponi, ne delinquens evadat: & multo magis, si compertum fuerit, locum non esse immunitati. Sed regulariter Ecclesiastici omnes confugas in Ecclesia defendere nituntur, ut advertit Gonni ubi proxime, quare de eorum consensu nunquam reus alligatur, vel aliter custoditur; seculares vero Judices, ubi possunt, Ecclesias obsideri faciunt, ne reclusus evadat; Clari d. §. fin. q. 30. num. 2. Gonni sup. Cur. Philipp. num. 52. Azeved. in l. 3. n. 21. 2. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Paz supra q. 3. ubi testatur, quod de consuetudine vincula non injiciuntur, sed custodes apponuntur, cum super immunitate disceptatur, & hoc de jure servandum probat; modo extra locum sacrum custodes existant, Delbene num. 3. 4. ubi plures laudat Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 8. in fin. Vide infra, num. 208.

202 Nota praeterea, reum in Ecclesia existentem non posse per Judicem laicum ad aliquam poenam corporalem damnari, ut colligitur ex cap. inter alia, de immunit. Ecclesiast. & docent Suar. num. 5. Farinac. supra, c. 21. n. 33. 3. 6. Bonacin. n. 8. Tusch. lit. E. conclus. 10. num. 5. 8. 14. Dian. d. tract. 1. resolut. 12. Mar. Italia sup. c. 6. §. 3. n. 1. Peregrin. c. 13. n. 13. Barbof. d. c. 3. num. 36. Delbene d. c. 16. dub. 31. ubi multos refert, ac probat, neque ad exilium, nec ad carcerem perpetuum, vel ad tritremes damnandum. Circa quae, videas aliter sentientes, Sarp. sup. c. 2. fol. 30. Curtell. lib. 1. q. 12. Gambacurt. lib. 4. cap. 33. 35. In praxi autem observatur, ut contra existentem in Ecclesia, velut in absentem in foro seculari procedatur, & ad mortem, vel aliam poenam pro delicti qualitate damnetur, Farinac. d. q. 28. n. 77. Delbene n. 11. Clar. d. q. 30. n. 11. quod, ut ait Delbene, num. 16. non est contra Ecclesiae immunitatem, quandoquidem sententiae executio confertur in tempus, quo reus immunitate non defendatur, Bonacin. §. 3. num. 9.

203 Pecuniaris vero poenas, sive bonorum confiscationem exequi Judex secularis non prohibetur in illis bonis, quae immunitate gaudent extra Ecclesiam habuerit, Decian. dict. lib. 6. cap. 36. num. 10. Delbene num. 15. Bonacin. cum aliis, ubi proxime, Bobadilla dict. cap. 14. num. 106. Sed quid de bonis, quae secum ad locum sacrum tulit, num eis per Judicem secularem spoliari possit? In quo distingendum est, si res non sint alienae, & iuste, ac licite retineantur per reum, nullo modo illis privandus est: Suar. num. 3. Farinac. dict. cap. 19. num. 100. Scortia Theorem. 385. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 13. Lezan. verb. immunitas, num. 18. 19. Delbene dub. 30. num. 1. ubi testatur Sacram Congrega-

tionem controversi. Jurisdictionalium 13. Januarii 1633. declarasse, adversus auferentes reis bona, quae in Ecclesia habent; imò etiam arma non prohibita; procedendum, taquam contra Ecclesiasticae immunitatis violatores.

De bonis alienis, & quae iuste aut licite retineri non nequeunt, quaestio est, an valeat Judex secularis, non ex spectata Ecclesiastica licentia, eadem reo in Ecclesia existenti auferre? Affirmant Suar, Layman ubi proxime, Villacieg. in polit. cap. 3. num. 2. 14. & alii non pauci apud Delbene num. 3. 4. Negant Farinac. de Immunitat. cap. 16. num. 248. Peregrin. sup. num. 5. Marant. in controvers. jur. part. 2. respons. 37. num. 1. Navar. sup. num. 6. Cialini. in controvers. forens. cap. 10. num. 16. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 8. Delbene num. 4. vers. Quamvis etiam. Qui recte sentit num. 8. semper Superiorem Ecclesiae prius esse requirendum, ut res delinquenti tollat, quibus de jure privari debet; quod si reuerit, tunc ministri laici poterunt per se ipsas capere.

Verf. Tricesimo quarto.

Ecclesiam, in qua aliquis existit immunitate gaudens, obsidere non licet, ut eidem alimenta, vel alia ad vitam necessaria exhiberi impediatur, nec aliquo modo reum vexari permittum est; Delbene, dubit. 29. num. 1. Farinac. dict. quest. 28. num. 9. Suar. num. 4. Gregor. Lop. in l. 2. glos. 4. tit. 11. part. 1. Sanch. dub. 13. num. 4. Petr. Greg. synagmas. jur. p. 3. lib. 33. cap. 22. num. 3. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. num. 1. Bonacin. sup. num. 4. Bobadill. num. 91. Clar. num. 21. Layman, ubi proxime; Decian. d. cap. 27. num. 6. Guazzin. sup. cap. 3. 2. num. 6. Paz d. §. 3. num. 6. Atque ita verum est, non solum, quando certum est reum immunitate gaudere, sed etiam dum controversatur an gaudeat? ut sentiant omnes praecitati, & exprimunt Sanch. n. 1. & Paz. Alioqui reus iudicet exiret ab Ecclesia, qui, ne fame pereiret, se ipsum traderet. Sed observandum est, quod si ad victum praecise quaerendum, vel quid aliud naturae necessarium a loco sacro exiret, & a fatelibus caperetur, esset omnino Ecclesiae restituendus delinquens, modo non divagatur, sed recta via vadat, ac sine mora revertatur; Decian. d. n. 6. in fin. Paz n. 174. cum seqq. Cur. Philipp. supra, n. 51. Bonacin. d. n. 4. vers. Ex quo praecitati.

Aded verum est, non esse ex stentibus in Ecclesia alimenta deneganda, ut, si nec proprio labore, nec aliunde habeant, quo se alere valeant, ex bonis Ecclesiae, sub cuius tutela sunt, eis exhibeantur, l. 2. tit. 11. part. 1. ubi Greg. Lop. glos. 6. Glosf. in c. diffinit. 17. q. 4. Delbene ex num. 2. Farinac. ubi proxime, Peregrin. n. 12. Decian. c. 29. n. 3. Bobadilla supra, Paz num. 176. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 33. vers. Et tandem, Cur. Philipp. n. 50. Circa quod notare oportet, quod si reclusus pauper sit, nec possit laborare, Ecclesia liberaliter illi subvenit absque spe compensationis, vel restitutionis, sed si laborare queat, cegi ad id poterit per Praelatum; aut si bonus habuerit, quibus pro tunc uti impossibile sit, teneatur expensas reficere; Gregor. Lop. ubi proxime, Delbene n. 4. ubi ampliat, ad eum, qui ab amico, vel consanguineo aiebat, & asserit, posse personam rei detineri, donec solvat, aut aliter satisfaciat Ecclesiae, quod impensum est.

Licet autem reo existenti in Ecclesia alimenta subtrahenda non sint, id limitatur, si notorie constat, ipsum immunitate indignum esse, quoniam tunc Judex laicus obsidere Ecclesiam non prohibetur ad impediendam alimentorum ministracionem, ut sic reum fame extrahat, quem aliter evellere



evellere de facto impeditur. Ita sentit Bobadill. ubi proxime, qui bene declarat, quando Ecclesiasticus requisitus delinquentem consignare tenet.

Præterea advertendum est, licere Judici seculari custodes circa Ecclesiam constituere, ad capiendum reum gaudentem immunitate, si forte à loco sacro sponte recesserit, per quod immunitas non violatur; Suarez dicit, cap. 12, num. 4. Delbene ubi proxime, num. 7. Gregor. Lop. dicit, glos. 4. Sanchez dub. 13, num. 1. Farinac. dicit, cap. 19, num. 299. Peregrin. num. 10. Mar. Italia dicit, §. 2, num. 53. Bonacin. num. 2. versicul. Negandum tamen, Nefas verò est, mittere homines in locum immunem, ut metu eorum reus exeat, Delbene dub. 28. Paz num. 167, de quo supra, num. 201, in fin.

Ad Num. 18.

209 Qui confugiens ad Ecclesiam, eamque clausam inveniens, portas, ansum, vel vestes manibus apprehendit, à sacro Asylo evellendus non est Farinac. de Immunitate. c. 17, num. 279. Suarez cap. 9, num. 8. Decian. cap. 25, num. 17. Bonacin. §. 4, num. 39. Guazzin. cap. 37, num. 45. Sanch. dicit, cap. 1, dub. 7, num. 2. ad medium. Paz num. 46, qui de praxi testatur, Dian. part. 6, tractat. 1, resolut. 3, versicul. Sed iste Author, Bobadill, num. 82. Castr. Palao d. disput. unic. punct. 6, num. 9. Correa in dicit, cap. inter alia, part. 2, num. 16. Delbene cum aliis dubi. 9, sect. 6, num. 6. Chartar. crimin. decis. 7, num. 1. u. Gambacurt. lib. 4, cap. 2, num. 9. Cur. Philipp. num. 14, ubi asseritur, sufficere, quod adhæreat januæ, vel parietibus Ecclesiæ; quod non improbabiler defendi potest, quando confugiens limen Ecclesiæ januæ retigit capite, & humeris, quia à ministris justitiæ insectatus cecidit, ut resolvit Dian. part. 6, tractat. 1, resolut. 6, in fin. Trullench. in Decalog. tom. 1, lib. 1, cap. 11, dub. 1, num. 10. Bonacin. §. 4, num. 20. Ex quibus colligitur, non gaudere immunitate, qui utrumque pedem extra locum immunem habens humeris hæret parieti, vel portis Ecclesiæ, nisi vestem, vel ferram manibus apprehendat: secus dicendum videtur de eo, qui, clauso ostio, in limine se constituit, cum in loco sacro totus sit, ut ipsi supponunt; & ita licet nihil apprehendat, tutus erit, Bonac. num. 19, in fin. De quibus vide Decian. sup. Barb. in addit. ad collectam. in c. Ecclesia, n. 3, de immunit. Eccles. Delbene dub. 9, sect. 8, n. 13. Sarp. c. 4, fol. 41.

210 Pulchrè hic quæri potest, si quis se projiciat per fenestram ex domo privata in atrium, aut cœmeterium Ecclesiæ, & antequam corpore locum sacrum contingat, intra ambitum ejus à satellitibus capiatur, num immunitate juvetur? & affirmativè respondendum est; nam hic in loco immuni apprehenditur, & aër, qui correspondet Ecclesiæ intra ejus circuitum eadem prærogativa gaudet: Ita Cardos. in prax. judic. & Advocator. verb. Ecclesia, num. 77. Barbof. ubi proxime, num. 4. Quæ resolutio comprobatur ex singulari doctrina Pellizzar. in man. Regular. tom. 2, tract. 10, c. 5, sect. 2, num. 79. docentis, monialem diabolica arte supra tectum Monasterii elevatam non violare clausuram, si ejus ambitum non excedat, modò multùm à tecto sursum non discedat: & rationem reddit, quia scilicet intra Monasterium esse censetur, quæ ratio æquè militat in specie propofita quoad immunitatem.

Verf. Tricesimo-tertio, idem dicendum erit.

211 Qui existens intra Ecclesiam per aliquam par-

tem pallii, vel vestis extra pendentes extrahitur, immunitate privari non potest, Suar. d. cap. 12, n. 4. ubi rationem tradit, Decian. cap. 25, num. 21. Dian. ubi proxime, Guazzin. c. 37, n. 45. Bonac. d. n. 20. Paz n. 47. Peregrin. c. 4, n. 18. Cur. Philipp. ubi nuper, Delbene dub. 29, n. 8, 9. Sanchez d. dub. 8, num. 22.

Quid de eo, qui per aliquam partem corporis, existentis extra locum sacrum evellitur? multum placet, hunc fore restituendum; quia sacrum pedem, vel manum intra locum immunem habere, ita Decian. n. 17, in fi. Peregr. num. 61. vers. Et idem dicendum, Farinac. in prax. q. 28, num. 14, in fin. Ambrosin. de Immunit. c. 10, num. 5. Barbof. ubi proxime, n. 2. Dian. ubi supra. De quo consule Suar. & Delbene, qui præcipuas corporis partes in Ecclesia esse in hoc casu desiderant.

Verf. Tricesimo-quarto.

Ubi compertum est, reclusum non gaudere immunitate, Judex licet absque licentia Prælati ipsum licet extrahat, Suar. d. c. 13, n. 1. Farinac. n. 75. Sanch. dub. 11, n. 3. Azeved. in l. 3, n. 29. tit. 2, lib. 1. Recopilat. Fagundes in Decalog. tom. 1, lib. 5, c. 1, n. 22. Sarp. c. 6, fol. 61, 62, 67. Curtell lib. 1, q. 1, n. 50. & q. 34, n. 3. Gonni d. tract. de Immunitate. q. 1. Clar. sup. n. 20. Decian. c. 29, num. 4. Bobadill. n. 94. Villadieg. in politic. c. 3, n. 238. Rebuff. ad leg. Galia tom. 2, tit. de immunitate. Eccles. artic. 1, glos. 2, n. 4. Gambacurt. lib. 6, c. 14, & lib. 8, c. 10. Greg. Lop. in l. 12, glos. 7, tit. 14, part. 3. Avend. in c. 22. Prætor. n. 9. Paz numero 182, 183, ubi tradit praxim, quæ in Hispania servatur, quando Judex Ecclesiasticus censuris prohibet, reus extrahatur, quo casu per viam violentiæ ad Regias Cancellarias recurritur: Cur. Philipp. n. 56. Atque ita in Hispania observatur, non obstantè Bulla sæpe citata Gregorii XIV. quæ usu recepta non est, ut asserunt Curtell, Cur. Philipp. sup. n. 57. Delbene dub. 40, sect. 2, num. 3. & notavius cum Dian. & Portell. sup. hoc c. n. 33.

Sed contrarium maxime post præfatam constitutionem (quæ expressè vetat extractionem delinquentis etiam immunitate privandi, absque licentia Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis, ibi: *Voluimus, dictaque autoritate decernimus, & declaramus, ut Curia secularis, ejusque Judices, & Officiales ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris prædictis laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, in nullo ex casibus supra dictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus officialis, & cum intervenitu persona Ecclesiastica ab eo auctoritatem habentis, &c.*) sustinent Bonacin. sup. §. 14, n. 2, vers. Secundo idem verum censo, Ant. Gom. variar. lib. 3, c. 10, num. 2, in fin. Pellizzar. sup. tom. 2, tract. 8, c. 5, sect. 1, n. 60. Anast. Germon. de sacror. immun. lib. 3, c. 16, n. 95. Dian. part. 1, tract. 1, resolut. 14. Farinac. (contra quod prius docuerat, ubi proxime,) de Immun. c. 22, n. 359. Delbene plures laudans dicit, dub. 40, sect. 2, & 3, per tot. Guazzin. d. defens. 1, c. 3, n. 3, plures alii. Eorum aliqui asseverant, Bullam Gregorianam ubique esse servandam: non obstante contraria consuetudine, aut quod usu recepta non fuerit; ut Bonacin. §. 15, n. 3. Pellizzar. n. 57. Dian. aliis adductis part. 6, tract. 1, resolut. 29, vers. Sed quia Moventur, quod in ea constitutione inserta est clausula decreti irritantis, quæ eam vim habet, ut obliget omnino. Nihilominus contra sententiæ Delbene n. 7, in fin. cum seq. Sarp. supra, fol. 67. & alii apud Farinac. de Immunitate. c. 2, n. 16. Hæc tamen ultimita principalis conclusio ab omnibus limitatur, si Episcopus, vel ejus Vicarius requisitus licentiam concedere detrectet, nam ministris laicis tunc, ministri-

Verf. Tricesimo-sexto.

218

norii, quo fieri possit, scandalo, reum evellere permittitur in carceribus Episcopi custodiendum, donec ipse immunitate indignus declaretur: Delbene dicit, section. 2, numero 2, ubi alii: Bonacin. §. 14, num. 3. vers. Quinta est, & ita in dicta Bulla disponitur.

In dubio autem, an reus gaudeat immunitate? Judex eum extrahere prohibetur, quia Ecclesia spolanda non est tua immunitate, in cujus possessione est; Azeved. in l. 3, n. 21, 22, tit. 2, lib. 1. Recopilat. Decian. c. 29, num. 2. Cur. Philipp. n. 53. Bobadill. n. 101. Paz num. 2. Farinac. de immunitate. c. ultim. n. 70. Delbene dubitat, 27, num. 6, ubi alii. Sed in questione juris dubia propter varietatem opinionum, si Judex sequatur contrariam Ecclesiasticam immunitati, delinquentem evellat, tanquam violator ejus puniri non debet, Bobad. ubi proxime Decian. c. 28, num. 5, sed pendente causa super immunitate, innovare, nec ad executionem venire sententiæ adversus reum extractum Judici seculari non licet, Guazzin. c. 38, n. 54. Cevall. q. 87, n. 15, ubi praxim refert Azeved. in l. 3, n. 20, tit. 2, lib. 1. Recopilat. Cur. Philipp. n. 58.

Verf. Tricesimo-quinto.

216 Judex secularis punire valet crimen in Ecclesia commissum ab eo, qui ad ipsius jurisdictionem spectat, cum scilicet illud Ecclesiasticum non est: l. 12, tit. 13, 14, part. 3. Clar. in prax. §. fin. qu. 39, n. 18. Guazz. d. defens. 1, cap. 25, n. 20. Menoch. cons. 1000, num. 43. Farinac. in prax. dicit, quest. 28, num. 62. Roland. cons. 24, num. 5, lib. 1. Anton. Gom. dicit, cap. 10, num. 2, vers. Tertius casus, Azeved. n. 23. Gutierrez prædict. lib. 3, questio. 1, numero 13. Gonni supra, questio. 16, fol. 112. Ripol. de jurisd. omni. Judic. cap. 1, num. 170. Bobadill. dicit, lib. 2, cap. 18, num. 160. Sanchez supra, cap. 1, dub. 14. Oliban. de jur. fise. cap. 11, ex num. 7. Joann. Visehis de immunitate. Eccles. num. 17. Paz d. §. 3, num. 149. Decian. tom. 1, lib. 4, cap. 17, num. 11, & tom. 2, lib. 6, c. 29, num. 15. Ratio est, quia licet Ecclesia exempta sit à Jurisdictione seculari, ipsa territorium non habet quoad temporalia, nisi in Clericis, ac personas Ecclesiasticas; quare laicus in ea delinquens, cum in territorio potestatis secularis crimen admiserit [de quo etiam Ecclesia esse dicitur] à laico Judice puniri jure potest, Videantur Decian. Gonni, Bobadill. ubi proxime, quidquid, aliqui fenserint, ut Læli. Jordan. de majorib. Episcoporum. caus. ad Papam deferent. cap. 8, n. 25. Delbene dubit. 19, sect. 3, n. 9. Dian. part. 6, tract. 1, resolut. 8, vers. Nec admitto, ad fin.

Ibi: Tamen si secundum eum.

217 Qui in Ecclesia delinquit, per judicem Ecclesiasticum etiam puniri potest ratione sacrilegii, & quoad ejus poenam duntaxat; de quo Gonni sup. Dian. p. 4, tract. 1, resolut. 67, & p. 6, tract. 1, resolut. 9, in fin. Gutrier. num. 14. Delbene d. c. 16, dub. ult. n. 1, 2. Tüsch. lit. I. conc. 59, n. 8. Caball. resolut. crimin. cas. 194, n. 11. & alii apud Farin. de Immunitate. c. 16, num. 236, qui fatentur crimen istud esse mixti fori, & cum uterque tam Ecclesiasticus, quam secularis sit competens respectu sacrilegii, locus erit præventioni de quo latè per Decian. d. lib. 6, c. 6, per tot. ubi an si puniatur per unum Judicem, possit per alterum coerceri? Nota tamen quod diximus sup. n. 187, ubi ex Diana traditur, non omnem delictum in Ecclesia commissum esse sacrilegium, etiam alii contra sentiant, quos idem refert,

Præmonendi sumus, controversum esse, an confugiens ad Ecclesiam cum armis vetitis immunitate sit dignus? Affirmant Delbene d. dubit. 19, sect. 3, n. 5. Fatinac. de immunit. c. 16, n. 247. Bonac. §. 5, n. 10. Sperel. decis. 46, n. 15, 16. Guazzin. c. 38, n. 26. Decian. d. lib. 6, c. 26, n. 10, qui ita de consuetudine servari ait, Ambrosin. c. 5, n. 5. Dian. part. 1, tract. 1, resolut. 17. Peregrin. c. 12, num. 11. Chart. crimin. decis. 74, n. 8. & sic fuisse declaratum per Sac. Congreg. Episcoporum. in una Salernitana, die 30. Septemb. 1616, testis est Dian. part. 6, tract. 1, resolut. 8, vers. Nec admitto; ubi latè probat; qui ferè omnes loquuntur post Bullam Gregor. X I V.

At negant Rebuff. sup. tom. 2, tit. de immunit. Eccl. dicit, glos. 1, num. 28. Sarp. c. 5, fol. 43. Villadieg. d. c. 3, n. 244. Curtell. lib. 1, q. 17. Petr. Plaza in epitom. delict. lib. 1, c. 8, n. 28. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 30, n. 16. & alii: Sed à priorè sententiâ recedendum non est, quam apud nos usu receptam, insinuant Paz num. 149. Bobad. lib. 1, c. 13, n. 108. Cur. Philipp. n. 16. dum asserunt, quoad auferenda arma non gaudere reum immunitate, quasi secus sit quoad personam.

Servus verò si ad Ecclesiam arma defersens fugerit, etiam non præstita cautione de impunitate tradendus est domino, quanquam alioqui absque illa non restituatur; ita habetur in l. si servus 3. C. de iis, qui ad Eccles. confug. quam constitutionem edidit Theodosius Junior Anno Domini 431, motus, quia servi octoginta, natione barbari, cum domini sævitiam diutius tolerare nequirent, omnes armati Templum adierunt, jussique ut inde discederent, tenuerunt, ac multis diebus perstitierunt impediens Divina peragi, parati, districtis gladiis, ad resistendum cuicunque sibi invadenti, tandem uno Clerico interfecto & altero vulnerato, sibi ipsis manus intulerunt, ut refert Socrat. lib. 7, cap. 33. Guid. Pancirol. in thesaur. var. l. 2, lib. 2, cap. 182, & traditam conclusionem, probant Decian. d. tom. 2, lib. 6, c. 26, n. 9, & lib. 8, c. 3, num. 10. Sed contrarium verus videtur Suar. sup. c. 10, n. 2. Angel. in summ. verb. Immunitas, n. 12. Delbene dub. 10, sect. 13, in fin. qui cautionem præstandam rectè docent, nisi servus in Ecclesia ita delinquat, ut immunitate, etiam liber foret; privaretur, quo casu Judici ad punitionem tradetur.

Judicem laicum posse auferre arma vetita recluso in Ecclesia, cum D. Covarr. tenent Suar. c. 12, num. 3. Curtell. lib. 2, q. 8. Sarp. ubi proxime, Sanch. dub. 14. Paz d. num. 140. Layman. lib. 4, tract. 9, c. 3, n. 13. Bobadill. d. lib. 2, c. 14, in fin. Villalob. in summ. tom. 2, tract. 34, diffie. 5, n. 11. Cur. Philipp. dicit, n. 26. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 1, n. 102. Fagund. de præcept. Eccl. præcept. 2, lib. 4, c. 4, n. 66. Follet. in prax. crim. Canon. cap. 37, num. 30. Portell. sup. verb. Ecclesia immunitas, n. 15. Baiard. sup. n. 4. Gambacurt. lib. 4, c. 16, n. 11, & c. 26, n. 11. Villadieg. d. c. 2, n. 214. Idem dicendum est, si raptor feminam secum in Ecclesiam introducat, quæ auferenda utique per Judicem secularem est, Suar. Layman, & alii sup. sed arma non prohibita, velut enses capere satellites prohibentur, quando reus gaudere debet immunitate, etiam si eo aliquem percussisset; nam arma applicantur ministris in præmium capturæ, quæ cum non sublequatur, nullum jus illis quæritur; Bobadill. & Cur. Philipp. ubi proxime.

Oppositum verò: nempe non licere Judici sæculari, nisi accedente Ecclesiastici licentia, in Ecclesia arma vetita tollere, maxime post Bullam Gregorianam, defendunt Delbene dub. 19, sect. 3, n. 7.